



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Cvrsvs Liberalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

remittant, isti iterum ad illos reducant; ut omnibus
censeatur carere, qui caret aliquo. Claritas eis majoris
gratia ad novem Classes redigo, & nouem Cursus (I.
Liberalis, II. Mathematicum, III. Musicum, IV.
Chiroscopicum, V. Philosophicum, VI. Theologicum
Scholasticum, VII. Moralem Philosophicum, VIII.
Moralem Theologicum, & IX. Scripturarium) insi-
tu: & singulos ob oculos pono.

C U R S U S
L I B E R A L I S.

Omnes artes complectitur, quas ingenuus voca-
mus, omnes inertias aut artes malas expugnat;
Inter eximias precipue judicantur.

Orthologia. De variâ pronunciatione littera-
rum, vbi multis consulis nationibus, multis æ-
tatis plurima curiosa expenduntur.

Orthographia. De variis figuris literarum, quæ
in Orbe terrarum hodie apud varias nationes
sunt in uso.

Polygraphia. De transfiguratione literarum,
& earum dem potestate secerat. Est Liber sum-
mè necessarius Principibus, & ciphras multas
& valde curiosas & securas complectitur.

Steganographia. Est scientia Polygraphia no-
bilior, & ita secreto rem scribendi methodum
promovet, ut ubi maximè secretum est, nulla
ibi videatur luspicio secreti subesse. Hac arte,
ut de rebus arcans aticos admoneamus, quâ-
cumque Ciceronis aut alterius Authoris Epi-
stolam ad quemcumque mittimus, intelligi-
mur; illi ad nos aut eandem, aut aliam remit-
tunt, & intelliguntur. Hac arte ad integrum Se-
natum unicam Epistolam scribere possumus, in
quæ singuli diversa, quæ voluerimus, exactè ca-
piant, & rati non se intelligent mutuò.

Mirabilis olim fuit Joannis Trithemij Ab-
batis in ciphris inveniendis felicitas, & æquè
Biblioth. Ordinis Cister.

mira illius ævi ignorantia; condemnatur enim
à multis, à quibus intellectus non fuit. Hoc fuit
ætatis priscæ ingenium; hoc est nostræ; pauca le-
gere, pauciora intelligere, omnia aut ferè damnare. At
ante annos viginti strinx calum, & Trithe-
mum tutatus, Steganographiam, non jam
inertiæ nigromanticam, sed ingenuam & li-
beralem artem esse ostendi. Hanc nunc Apoly-
sin multum auctam exhibeo, & mirabilia arca-
na in genere literario produco.

Notaria Ars. Quantum distant Notæ à Lite-
ris explicat. Ponit Notas artificiosas, quibus
quis uti possit, ut uno solo charactere quam-
cumque dictiōnē scribat. Hic scribendi mo-
dus at huc est in usu apud Sinas, quorum ora-
nes facultates & Scientiæ videntur esse Abece-
darie, & in Regione illa doctissimi, qui melius
scribunt aut legunt. Posset ad methodum & re-
gulas reducibæ facultas, & tunc non deberet
contemni. Dum tu alias notas breviores & me-
liores efformas, meis inventis fruere, & omnia
calamo, qui lingua sit velocior, scribes.

Grammatica Hispanica. Ostendit Hispanorum
Idioma frustra hucusque ad Latini leges coa-
ctum, aliter doceri debuisse. Multa hinc Ger-
manus, Belga, Gallus, Italus, multa alii, unde
possint propriæ Linguae Institutiones refor-
mate.

Grammatica Latina. Hanc scripsi pueris no-
stris condolens septem aut novem etiam anno-
rum dispendio condemnatis. Puto formam
totius Linguae Latinæ à clari ingenii iuvene
posse horâ intelligi, & mense addisci, si istæ no-
væ Institutiones admittantur. Puto materiam
facilius adquirendam, si etiam arte tradatur.

Hispanus sum, & quia Hispanis scribo Lin-
guam Hispanam Latinæ seu Romanæ antepo-
sui, non ut de alterius utrius excellentiæ & pri-
matu contendem (de hoc enim alibi) sed, ut
ordinem doctrinalem sequutus, cum qui ma-
ternam

ternam linguam per regulas & artem didicere
rit, facilius edocerem Latinam. Hanc nostri
pueri, septem, octo, aut etiam novem annis
adquirunt, Græcam verò duobus vel tribus
mensibus: & curian, quia Græcā est multò diffi-
cilior Latina? minimè. Sed quia Latina addisci-
tur priùs, Græca posteriùs; nam si in verso tra-
derentur ordine, in Græcā consumerentur an-
ni multi, & in Latinā menses pauci. Ergo tradu-
tur priùs Lingua materna ex arte & regulis,
quam uniusque addiscere posse videtur una
hebdomade: & si hanc semel altè percaleat,
poterit quodcumque aliud idioma adquirere
uno aut altero mense.

Eloquentia Corruptrix. Hic subscribo Institu-
tiones Lingua prīscæ, & ostendo illam fuisse
pulcherrimam & regularissimam, omnesque
exceptiones & irregularitates paulatim irrepsi-
se, non tam suavioris prolationis studio, quam
vulgi ignorantia & protervia.

Metametrica. Sic eam facultatem dici volui,
quæ est Metrica vulgatâ sublimior. In ea varijs
& multiformes Labyrinthe: in ipso & Regulae
(quod hucusque à nemine præstitum est) qui-
bus Carmina Regredientia, Resilientia, Deci-
dientia, Ascendentia, Circuicuntia; Ama-
bæa; item quibus Proteos, Martes, Soles,
&c. contexamus. Est opus omnino rarum, &
novum, quod mirum in modum augeri & ex-
ornari poterit, si fundamentis positis insista-
tur.

Rhetorica. Multa frigidissima, quæ ex Veteri-
bus defumpta, tradebantur, condemnata, figura-
troposque nostro ævo & moribus coaptata,
& brevissime Oraturos & Concionaturos
instituit, ut cum plausu & autoritate eloqua-
tur.

Memoria Ars. Puto Arrem memoriaz altera
indigere memoria: interim quid alij dixerint &
docuerint examino, & methodum commodis-

simam trado, quâ possit juvari memoriaz.

C V R S V S

MATHEMATICVS.

Ego sepè, & Viri doctissimi mecum, habemus ne
creationis loco tuniorum Authorum scripta, qui
sublimes in Philosophia conceptus Mathematicum igno-
ratione macularunt. Hanc ob rem Philosophum in Ma-
thematicis enime d' sidero, & ut possit, omnes Artes,
que in numero, pondere & mensura consilunt, ad no-
vam methodum & compendium reduco.

Arithmetica. Novis speculationibus ditatur,
& brevissime traditur.

Geometria. Etiam ipsa ad compendium redu-
citur.

Trigonometria. Non sine novis & plenis inge-
nio præceptis Triangulos universos resolvit.

Logarithmica. In tres partes dividitur; in pri-
ma Neperiana, in secundâ Ulacquiana, in tertia
traditur Enarmonica, multò cæteris utilior &
præstantior.

Architectura Ædilitia. Est Ars curiola, &
Publicæ Rei necessaria. Illam in re Etiam & ob-
liquam divido. De priori plurimos scriptissi-
perio, tametsi multa in singulis potuerintponi
castigatiūs; at de posteriore vix ullum. Ut-
raque est valde utilis & necessaria; quarum, &
principiū posterioris neglectu, summos in sum-
mis Palatijs & Ecclesijs errores committi ob-
servamus.

Architectura Militari. Agit in prima parte de
Fortalitijs, & illis effossis tormenta, manitu-
nes, & milites addit, ubi multa quæ ei dem pro-
pugnandis aut etiam expugnandis servient. Et in secunda longam mirabilemque ob sidionem
Pragensis Civitatis, sine muro, sine mili-
te, sine sulphure pyreō, sine tormentis belli-
cis prodigiosè defensæ, ad rei militaris pe-
nitorem